



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 15. Novæ hæ Missiones, earumque statuta a Clemente XII. Pontifice confirmata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](#)

XXXII  
lectione  
cipio  
qua ta  
m con  
ra pra  
ebe  
nes a  
o mod  
rentur  
n con  
quo ill  
egend  
emoij  
onariis  
expeti  
i con  
optimus  
vis ex  
tentent.  
nostris  
s qua  
ordinis  
im, &  
P.M.  
alias  
nostra  
c, il  
vero  
is de  
IX.

IX. „In omnem eventum, quo su- Sæc. XVIII.  
„per vero intellectu unius, alteriusve A.C. 1739.  
„puncti, vel ordinationis ex præfatis  
„quocumque tempore futaro dubietas,  
„vel error exurgeret, eisdem judicia-  
„lem interpretationem dare. Nobis,  
„nostrisque in Archiepiscopatu Successo-  
„foribus omnimodo reservatum volu-  
„mus. „

### §. XV.

*Novæ hæ Missiones, earumque sta-  
tuta a Clemente XII. Pontifice  
confirmata.*

Postquam hæ Missiones, earumque  
leges, ac fundationes ab ipso quo-  
que Cathedrali Capitulo Salisburgensi  
subscriptæ ac confirmatae fuerant, ipse  
met Princeps Archiepiscopus cuncta  
haec in rem acta & conclusa Romam  
transmisit, eaque ad majus robur au-  
toritate Apostolica firmari petiit. Piis  
hunc votis Clemens Pontifex lubentissimo  
animo annuens, die duodecima  
Januarii hoc anno ad præfatum Archi-  
præsulem sequentes dedit literas harum  
Missionum confirmatorias:

„Pastorum Princeps Jesus Christus,  
„cujus suprema in Catholicæ Ecclesiæ  
„procuratione vices per ineffabile di-  
„vinæ providentiæ consilium infirmitati  
„No-



Act. XVIII  
A. C. 1739

, Nostræ demandatas plane immereatur  
, Nos gerimus, ea Pontificium animum  
, nostrum in ovibus suo sanguine re-  
, „demptis, & per viam æternæ per-  
, „ditionis pergentibus ad orthodoxum  
, ovile reducendis sollicitum cœleste  
, consolationis copia, & lætitiae magni-  
, tudine cumuiare dignatus est, ut gen-  
, dio superabundantes incredibili, jub-  
, lemus Deo in voce exultationis.

, Enim vero Vener. Fr. Leopoldus  
, Archiepiscopus Salisburgensis pro ex-  
, „mia pietate sua, singulari Orthodoxi  
, religionis zelo, injuncto pastorali  
, Ministerii munere custodiens vigilans  
, super grege sibi commisso summa cu-  
, „nominis sui laude, laboribus plurimis  
, ac dispendiis ex sua, in qua commo-  
, rabantur, amplissima Diæcesi ejectis  
, ac procul expulsis viginti duobus mil-  
, libus, & amplius Hæreticis, eorum  
, dem Terras Catholicæ fidei Cultoribus  
, habitandas attribuit.,

, Præterea veritus, ne temporis pro-  
, cessu perditissimis hominibus antiquas  
, sedes subleste repetentibus, & ibiden  
, nova execrandæ hæresis semina co-  
, culte spargentibus iterum illic pesti-  
, feræ segetis germina subolesceret, ut  
, aut nequitia elidatur, opportune nullis  
, parcens industriis, & sumptibus pro-  
, videre studuit. Inter ceteras autem  
„ut

„utilissimas providentiae suæ ad suscep-  
 ptum saluberrimum opus conficien-  
 dum initas rationes illa in primis  
 „maximopere commendanda, quod sex  
 „perpetuas missiones a religiosis viris ali-  
 quot regularium Ordinum, & Institu-  
 „torum intra præscriptos (ne diffidia  
 „ulla, aut confusio unquam oriri pos-  
 „sint) limites sub nonnullis abs se edi-  
 „tis Capitulis, regulis, & legibus om-  
 „nino peragendas fundaverit, institue-  
 „ritque, ac necessariis redditibus, &  
 „emolumentis ditaverit. Quæ omnia  
 „Capitula, Regulæ, & Leges sunt te-  
 „noris qui sequitur videlicet &c.

His præmissis Pontifex cunctas has  
 leges, prout eas mox adduximus, ad  
 verbum suæ inseruit Constitutioni, quam  
 hunc in modum absolvit: Præinserta,  
 Capitula, Regulas, & Leges postquam  
 præfatus Leopoldus Archiepiscopus  
 condidisset, & ad dilectos filios mo-  
 dernos memoratorum Ordinum, &  
 Institutorum respective Superiores, ut  
 admitterent, exciperent, & accepta-  
 haberent, proposuisset, iidem moderni  
 Superiores, ea, qua par erat, ani-  
 morum consensione, & obedientia jam  
 accepta, & rata habuerunt, ad nos  
 etiam transmisit, suppliciter rogans,  
 ut ea approbare, & confirmare dignare-  
 mur. Nos vero illa, ut quoad omnes

„par-

Sæc. XVIII. „partes prius accuratissime examine  
A. C. 1739. „rentur, ad Congregationem Ven. Fra  
„trum nostrorum S. R. E. Cardinalium  
„negotiis Propagandæ Fidei præposi  
„torum remisimus.„

„Porro Congregatio prædicta tan  
„,institutione Missionum prædictarum  
„,quam Capitulis, Regulis, & Legibus  
„,hujusmodi maturo examine perpetua  
„,ad nos retulit, æquum esse, ut p  
„,eiusdem Leopoldi Archiepiscopi votu  
„,& precibus obsecundantes, prædict  
„,omnia tanquam proficia, & salutaria  
„,approbaremus, & Apostolicæ audiu  
„,ritatis nostræ munimine roboraremus.

„Nos itaque eundem Leopoldum  
„,Archiepiscopum specialibus favoribus  
„,& gratiis prosequi volentes, & a quib  
„,busvis excommunicationis, suspenso  
„,nis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis  
„,sententiis, censuris, & poenitentiis  
„,vel ab homine quavis occasione, vel  
„,caussa latissima, si quibus quomodolibet  
„,innodatus existat, ad effectum præsen  
„,tium duntaxat consequendum harum  
„,serie absolventes, & absolutum fore  
„,censentes, supplicationibus ejus no  
„,mine nobis super hoc humiliter pro  
„,rectis inclinati, de ejusdem Congre  
„,gationis Cardinalium consilio non lo  
„,lum Institutionem Missionum ab ipso  
„,Leopoldo Archiepiscopo suscepimus.  
„,statu-

„statutamque, verum etiam præinserta  
„Capitula, Regulas, & Leges, ac sig-  
„nanter omnes, & singulas assignatio-  
„nes ab eodem Leopoldo Archiepiscopo  
„pro Missionum hujusmodi manuten-  
„tione factas, ut præfertur, & ab Archi-  
„episcopis Salisburgensibus Successori-  
„bus suis perpetuis futuris temporibus  
„omnino servandas auctoritate Aposto-  
„lica tenore præsentium, perpetuo ap-  
„probamus, & confirmamus, illisque  
„inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur  
„adjudicimus, omnesque, & singulos  
„juris, & facti, ac solemnitatum qua-  
„rumcumque defectus, si qui desuper  
„in illis quomodolibet intervenerint.  
„dicta auctoritate supplemus, & fa-  
„namus.”

„Insuper Missionarios tam ab Leo-  
„poldo Archiepiscopo jam designatos,  
„& nominatos, quam sive ab ipso etiam,  
„sive suis Successoribus in posterum juxta  
„Capitula, Regulas, & Leges præin-  
„sertas designandos, & nominandos  
„semper Apostolicos Missionarios dici,  
„vocari, & esse eadem auctoritate de-  
„cernimus, & declaramus, eisdemque  
„Missionariis, ut omnibus, & singulis  
„privilegiis, honoribus, prærogativis,  
„& exemptionibus, quibus hujusmodi  
„Apostolici Missionarii tam de jure, usu,  
„& consuetudine, quam alias quomo-  
„doli-

Sæc. XVIII.

A. C. 1739.

Sæc. XVIII „dolibet utuntur, fruuntur, & gaudent  
A. C. 1739. „ac uti, frui, & gaudere possunt,  
„poterunt in futurum, pari modo, ut  
„frui, & gaudere libere, & licite pos-  
„sint, & valeant auctoritate prædicta  
„concedimus, & indulgemus.”  
„Volumus quoque, ut Missionariorum  
„sic, ut præmittitur, instituti, ac de-  
„ceps in prædicta Diœcesi instituenda  
„tam eidem Leopoldo moderno, qua-  
„pro tempore existentibus Archiepiscopis  
„Salisburgenibus regimini, & direc-  
„tioni in iis, quæ ad exercitium Mi-  
„sionis pertinent, subjacere, eisque  
„omnino parere debeant, ac necessaria  
„rias facultates ad Missiones prædictas  
„exercendas ab eisdem Archiepiscopis  
„juxta eis tributam, & deinceps in  
„gulis quinquenniis per organum me-  
„moratæ Congregationis Cardinalium  
„removendam mediante formula ter-  
„tia præfatarum facultatum, auctor-  
„tatem in totum, vel in partem, sicut  
„eisdem Archiepiscopis magis in Do-  
„mino expedire videbitur, recipient  
„servata semper eorundem Archiepi-  
„scoporum tam circa facultates, quam  
„circa loca, & tempus easdem exer-  
„cendi moderatione: nullo vero modo  
„extra fines suæ respective Missionis iis  
„uti queant, ad quam donec, & quo-  
„usque pervenerint nulla prorsus  
„exem.

„exemptione, & privilegio gaudere Sæc.XVIII.  
„possint., A.C. 1739.

„Hortamur demum paterne simul,  
„& efficaciter eosdem Archiepiscopos,  
„ne graventur quolibet quinquennio,  
„nempe cum renovari sibi prædictæ for-  
„mulæ tertiae facultatem postulabunt,  
„Nos, seu Romanum Pontificem pro  
„tempore existentem per organum ejus-  
„dem Congregationis de fructu, & pro-  
„gressu dictarum Missionum certio-  
„rare, salva tamen semper in præmissis  
„auctoritate Congregationis eorundem  
„Cardinalium. ,,

### §. XVI.

#### *Gravis tumultus in S. Marini Re- publica concitatus.*

Internum, quo Pontifex ob Archiepi-  
scopi Salisburgensis Zelum supera-  
bundabat, solatum haud leviter inter-  
turbarunt molesti admodum eventus;  
quippe eidem nuntiatum erat, a Pon-  
tificio triremium Præfecto phaselo  
fuisse vectos Romam missos, qui re-  
tulerunt, quamprimum præatoria tri-  
remis propugnaculum S. Michaelis at-  
tigisset, ad transtra damnates necnon  
remiges inter se conspirasse, & decre-  
visse, milites partim in mare projicere,  
partim armis exuere, ac demum tri-  
Hist. Eccles. Tom.LXXVL Bb re-